

4789—4791 Teani rep. c. a. 1792 in praedio quodam in clivo ad Savonis ripam sito LANFREDI, qui ipse sic de his titulis inventis scribit ad Hoarium (apud Constantium f. 299 seq.): 'In agro ruderato q. d. *Bagno nuovo* effodiendo patuit spatium quadratum longius in agro quam in fronte, inibique temere congestis disiectisve ruderibus species sese obtulit sepulchri oppido sumtuosi . . . fragmina omne genus erant, ingentia illa quidem, sed tamen pessumdata, in quibus et tabulae multae marmoreae quadratae et stylobatae, sed vero praeter truncos informes nil columnarum vel signorum apparuit . . . reperta (sunt) tum solum tabulis marmoreis constratum, cuius oram ambibat canalis rectissime in marmore ipso excisus, tum mensa lunata fronte ex duobus saxis ingens, fulta solo firmissime, quae canalis ambitum non impediret quae . . . ita . . . facta conspicitur, tamquam tabula sit torcularia ad uvas oleasve prelo subiiciendas: tum demum duo cippi lapidei praegrandes [n. 4790. 4791]. Vidi ego omnes a. 1846 et denuo (praeter n. 4791) a. 1876 in *contrada Bagno-nuovo nella masseria Loreto del Barone d'Eboli-Zito*.

4789 [= 3984]

FLAVIAE · COELIAE
ANNIAE · ARGIVAE
SACERD · IVNONIS
POPVLONAE sic
5 L · FL · COELI · PRISCI
II · VIR · PONT
FILIAE
TEANENSIS ALVMN
ET · NOTARIVS · PATRIS
10 EIVS
L · D · D · D

Descripsi et recognovi. Corruptam dedit Broccoli p. 208; emendatiorem ego *Bull. Nap.* IV p. 65, sed secundis demum curis ut legerem totam mihi successit. Henzen 5661.

4790 [= 3985]

NONIAE · PRISCAE
SACERD · IVNON · POPVLON
L · NONI · DIOPHANTI · IIIVIR
QQ · PONT · EQVIT · ROM
5 FILIAE
L · L · NONI · PASSENIVS
CLEOBVLVS FILA RGYR
VS · FELIX · FRATRES
ET · AVREL · TRYPPERINA · MAT
10 L · D · D · D

Descripsi et recognovi. Hoare ad Lanfredi exemplum 1, 260; de Costanzo *odepor.* f. 302 ab eodem Lanfredo; Broccoli p. 202 ad exemplum confectum a Iohanne Croce parrocho Pugniani; ego *Bull. Nap.* a. IV p. 64. Henzen 5660.

A parte inuenti dextra cum primum lapidem vidi iacebat in terra, cum iterum eum inspexi, effractum interim repperi. Lanfredus apud Hoarium et Constantium dedit plenam, scilicet 1 PRISCAE, 3 T·IVIR (IIIVIR Hoare), 6 PASSENIVS, 7 FILARCI, 8 FRATRES, 9 MATER (suo versu hoc voc. collocat Const. non recte). Hodie deficiunt 6 fin. — 9 fin. quae separavi.

4791 [= 3986] Hanc a. 1876 frustra quaesivi.


VITELLIAE
VIRGILIAE
FELSIAE
MINISTRAE SA
5 CRORVM PVBI
PRAESIDIS IVNON
NIS POPVLON
VIRGILIA FI////A
m//teR · L · D · D · D

Descripsi. Hoare 1, 260 ad apographum Lanfredi; de Costanzo *odepor.* f. 302 item a Lanfredo; Broccoli p. 206; ego *Bull. Nap.* IV p. 66. Henzen 6103.

3. 8 FELSIA ego dubitans, LIPSIA quod legerunt priores falsum est.

Ministra haec fuit Iunonis Populoniae sacrorum publicorum praesidis; quod vocabulum non raro ad ipsa numina refertur.

4792 [= 4000] Teani in turri campanaria episcopii BVRL. Ibidem adhuc intus.

S · C · BALNEVM · CLODIANM
EMPTVM · CVM · SVIS · AEDIFICIS
EX · PECVNIA · AVGVSTAL · HS · 
Q · MINVCI IKARI
5 C · AVFILLI SVAVIS
C · AISCIDI LEPTIS sic
N HERENNI OPTATI
M · CAEDI CHILONIS
M · OVINI FAVSTI

Descripsi et recognovi. Codex de Pretis Urbinas, unde Borghesius misit Kellermanno; Burlamacchi apud Pacichellium *lett. fam.* 1, 457; Pratilli p. 228; Hoare 1, 249. Henzen 7096.

Hinc iure colligemus, cum pecunia Augustalium omnis sit sestertium LX milia nummum, singulis dena milia pro eo honore solvenda fuisse.

4793 [= 2207] Teani in aedibus Galluciorum in quodam lapide perfracto.

MACQVI ////
SACERDOS · CERERIS
PVBLICA · SVMMA


Fabius Giordanus hist. Neap. ms.

4794 [= 3988] Teani in aede divi Benedicti GIORD. Ibidem adhuc *largo di S. Benedetto*. — Apud canonicum del Quattro PRAT.

STATAE · M · F
PIETATI
SACERD · CERERIS
PVBL · PRIMAE
5 L · D · D · D

Descripsi. Fab. Giordanus hist. Neap. ms.; Burlamacchi apud Pacichellium 1, 459; Pratilli p. 230; Hoare 1, 253. Henzen 5979.

4795 in Riardo in ecclesia in burgo.

PA INFT ER NASICAE QVINQ
'sic' A TESSTAME NT FACT 
SSIA D·F·S TICA VXOR

Marucellianus A. 79. 1 f. 70: 'sunt truncatae litterae, sunt frusta marmorum.'

4796 [= 3997] Teani in turri campanaria S. Annuntiatæ GIORD. EGO.

M · PACTVMEIO · M · F
sic FAVTIO · IIII · VIR · IVR · D
DOIA · MAIOR · HONOR
ERGO

Descripsi et recognovi. Fab. Giordanus hist. Neap. ms.; Pratilli p. 234; Hoare 1, 253.